



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus Iuridico-Politicus De Iure Superioritatis Ac
Summa Potestate Rom. Pontificis**

Wesseling, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1662

Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64514)



Ametsi secundum DD. instar
 Sacrilegii sit, de Summi Princi-
 pis, id est, Cæsaris potestate dis-
 putare, l. 2. C. de crim. Sacrileg.
 Summique Romani Pontificis,
 Christi Dei nostri legitimi in terris Vicarii,
 qui usque ad animam, & sanguinem legem
 divinam, & Ecclesiam defendendam sus-
 cepit, præ eminentiam, superioritatem, &
 authoritatem vocare in dubium plusquam
 Sacrilegium, c. sunt quidam, 35. q. 1. l. à iudi-
 ce, 5. C. de iud. Quia tamen eo malitiæ suc-
 crevit humana temeritas, quod nonnulli
 discoli, veneri, & ventri dediti Papo-
 Mastyges, quos Imperator ab Imperio prossi-
 gavit, & igni, & aqua interdixit, privatum,
 & principatum Papæ Sacrilego ore, dente,
 que theonino, ac publicis famosis, injurio-
 sis scriptis convellere, atque contemerare
 usque in hodiernum diem non vereantur.

Paucula in hoc tractatu de summo illo
 Principe, Domno Apostolico, cujus est
 brachium, & potentia in Vicariatu magni
 Dei nostri consistens, cujus in nomine
 Thabor, & Hermon exultant. Cujus in ac-
 cessu abyssus frontem caperat ex jure Cæ-
 sareo

P. II
 9.

A D L E C T O R E M,

fareo placuit delibare ad confirmandam
veritatem eorum, qui ex meris Canonum
decretis processerunt, in confusionem ve-
rò eorum, qui velut insensati propter sce-
lera, & delicta ab Ecclesia Dei per publica
Romanorum Pontificum, & Imperato-
rum decreta segregati, ac profligati hunc
verticem montium tumido invidiæ, vin-
dictæ, ac mendacii turbine conquassare
non erubescunt, sed

*Frustra nituntur navem submergere Petri,
Fluctuat, ast nunquam desinet esse ratis.*

Idque contestatur Sacratissimus Impera-
tor Justinianus primus, qui circa annum
Domini 290. Usque ad annum 337. floruit,
lætaturque mirum in modum, ut infra pa-
tebit, se iis temporibus ad defendendam
Sacro-Sanctam Romanam Ecclesiam,
ejusque Pontificem à Deo Optimo Max.
ad Imperium vocatum esse, quo potentia
armorum nefarios hæreticorum conatus
reprimere potuit. Vale, & quod scriptum
est, æqui bonique consule,

D. VVESSE.